MISSALE DIOECESIS PATAVIENSIS
Wien, 1477 Seite 38r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

a templo lato eius. Sma sueliam
Nullo tem. O. i. d. c. Audisti
quia dictum est antiquis. Diligis
proximum tuum et odio habebis
inimicum tuum. Ego autem dico vo
bis. Diligite inimicos vestros:
et benefacite his qui vos oderunt
et orate pro persequentibus et ca
lumniantibus vos: ut sitis filii
patris vestri qui in celis est: qui so
lem suum oriri facit super bonos
et malos: et pluit super iustos
et iniustos. Si enim diligitis
eos qui vos diligunt quam mer
cedem habebitis? Nonne et pub
licani hoc faciunt? Et si salu
tauitis fratres vestros tantum: quid a
plus facitis? Nonne et etha
nici hoc faciunt? Estote ergo
vos perfecti sicut et pater vester ce
lestis perfectus est. Attendite ne
iustitiam vestram faciatis coram
hominibus: ut videamini ab eis
alioquin mercedem habebitis ap
ud patrem vestrum qui in celis est. Cum
ergo facis elemosinam noli tu
ba canere ante te sicut hypocrite
faciunt in synagogis et in viis
ut honorificentur ab hominibus
Amen dico vobis: receperunt mer
cedem suam. Te autem faciente ele
mosinam nesciat sinistra tua
quid faciat dextera tua: ut sit
elemosina tua in abscondito: et
pater tuus qui videt in abscon
dito reddet tibi. Offertorium
Confirma hoc deus quod operatus es in nobis
a templo sancto tuo. Secreta Hanc oblationem domine
obseruantiae quae hodie celebramus
offerimus pro qua nos ut tibi et me
ritis nostris reddat acceptos: et con
tinenter pietatis tribuat facul
tatem. Post. Communio Gaudete domino
in iustitia et exultate et iubilate
apprehendite disciplinam ne pereatis de
via iusta. Oratio Deus qui nobis
hodie tuae caritatis infundis. ut
quos uno pane celestis sacra
menti tuis fecisti pietate concor
des. Post. Super populum Quaesumus domine
populum tuum et ab omnibus pecca
tis clementer emunda: quia nulla ei
nocebit adversitas si nulla domi
nabitur iniquitas. Post Sabbato
Esto mihi. Post totum per tractum.
Et dixit dominus Isaiae p.
deus. Si abstuleris de me
dio tui catenam et desieris di
gitum tuum extendere: et loqui quod
non prodest cum effuderis esu
rienti animam tuam: et animam af
flictam repleuerit: tunc orietur
in tenebris lux tua. et tenebre
tue erunt sicut meridies et requie